



Soc.
abnexis:
gen.
ca.
nus VI.
ar lit.
elis.

70









INEV

RICII CORDI ME
 DICI ANTI LVTHE
 ROMASTIGOS
 CALVMNIAS.
 expurgatio pro Ca
 tholicis:

ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΟΝ ad lectorem.

Nolim te multo lector sermone grauari:
Audisti Cordum, sustine & Emserium.
Hic Diomedea respondet sorte coactus:
Suscitat ille sua iurgia sponte sibi.

IN EVRYCII CORDI MEDICI
ANTILVTEROMASTIGOS
CALVMNIA S, EXPVR
GATIO PRO
Catholicis.

AVCTORE HIERONYMO EMSERO
Presbytero



cquis erit tandē proh Iup^a
piter exit⁹? & que
Numina sub tutum poterūe
adpellere portum,
Nauiculā Petri: tot syrtib⁹,
atq; marinis
Obiectam monstris: quū nō

modo sutor anusq;
Quelibet e medio, tentet nunc scribere libros,
Atq; supcilium in scripturas sumere sanctas,
Catholicosq; viros tumido contemnere fastu:
Oreque blasphemio, & petulāte incessere lingua:
Verū etiā Cordus, medicus de Rhetore factus.
Qui sibi dissimilis, pius & sceleratus eodem
Carminē, dat veniam coruis, vexatq; colūbas.
Dum tot diuinę sophię damnare magistros

A lj

Audet

Emserus

Audet, & atrati laudes vectare Luteri:
Quē patribus pręfert: quē Mosi cōparat: & quē
Puri euangelici verbi, auctoremq; recenter
Exorte lucis (tenebras intellige) iactat.
Cui non Castalides hoc suggessere sorores
Carmē, ut a Musis alienum, & Osiridis herba
Indignū: quod nec clarius dictauit Apollo:
Sed dirus Rhodiis Alcide flamen ab aris
Aut de Tenariis oblatrans Cerberus antris.
Vel Cordum turpis spes lucri, & gratia fallax
Cogit adulari, mulcereq; principis aures:
Ac iuuenis mentem vanis corrumpere gerris:
Ut toties damnata sequens inuenta Luteri,
Et iussa, & magni contemnat Cęsaris iram:
Ecclesięq; sinu matris, discedat ab almo:
Qua sine nulla salus, nec spes est ulla salutis.
Huic tamen applaudit similis congerro farinę
Qui tam spurca suę laudat conuicia lingue:
Et iubet ad seros mendacia ferre nepotes:
Vesanoq; leuis subscribit ad omnia vati.
Ac si donasset veris annalibus orbem:
Aere incidendis, cedroq; & marmore viuo.
Hinc mihi nunc animus (niueis mō Delius alis
Aduolet,) impositā nostris, abstergere culpā.
Atq; illū quē, pictor iners, male Cord^o aduma
Fiduciū propriis Mosen depingere pēnis. (brat
Vs

Enigmata

Vt pro mendaci vanoq; poemate Cordis
Posteritas veri legat exemplaria facti.
Primum igitur tenui fuce, & ratione caduca
Sub Christi sacro causam defendere verbo
Niteris incesti, vanissime Corde, Luteri:
Cū tantum a Chro. distent sua somnia, quantū
Albis ab Eridano, uel quantū Rhen^o ab Hebro
Nec tantū Chro pugnāt: sed dissidet idem
Sepius ipse sibi, & mutat vulpecula pellem
Fallaci quoties mendax conuicit ore.
Vtq; dolos retegam, quibus insidiatur inertū
Contenditq; meris nugis imponere vulgo:
Subq; euangelicis crimen prætexere verbis:
Accipe Corde locos, recūq; expende sequētes,
Reddere vota de^o, iubet, hęc relectare Luter^o.
Eunuchos Christus, nicechos pbat iste salaces
Casta placēt sup̄is: castus nequit esse Luther^o.
Vnde abiuratū prius, hinc carnale subiuit.
Cōiugiū: monach^o monachę corrept^o amore.
Sic cœlebs Chrs, viuit, miser ille maritus.
Submissus Christus cunctis fuit: ille superbus,
Atq; potestati præfracta fronte rebellis,
Ac maledictorę plaustris iniurius, idem
Sacrarę incensor legū, diuumq; hominumq; a
Illusor, Siculi quondam de more tyranni.
Christ^o amat pacē: cōclamat ad arma Luter^o:

vota monach

*co
maritas*

conuicti

belli

A. iij

Inq;

Empiricus

Inq; sacerdotū crudeles sanguine dextrās
Tingere ceritū moner, intingatq; popellum.
Vtq; scelus sceleri iungat, sub imagine falsē
Libertatis in hos, miseros simul impulit, ausq;
Vt neq; vectigal, neq; censum, siue tributū
Cēruice erecta posthac dependere vellent:
Sed coniurata dominos feritate necarent:
Vnius accensi p̄ dicta & scripta Luteri.
Nanq; fidem verbis faciens, sese esse prophetē
Finxit: & e coelo, proprias oracula nugas,
Ebria fatali quem plebs Germana tumultu
Dum velut auctorē sequit: stulte in sua uertit
Viscera (ceu lapithę quondā) sua tela: suoq;
Ense prius peunt plus centum milibus, alnum
Qz phœbea semel Lampas circūuolat orbem
Primaq; Sueuoz gens rustica, prēlia tentat
Successu tamen infœlici, auib; p̄ sinistris
Qz contra Christi (quo se iactantius effert)
Eternum uerbum, gladij sibi uendicat usum.
Mox eoa pari grassata est Francia casu:
Cultor & Hercinij nemoris, siml' accola Rhē:
Monceriq; datis fraudata Thuringia verbis.
Cui tormentorū globulos & missile ferrum.
Exceptum manicis promisit condere laxis
Atq; his aduersas audax referire phalanges,
Sed quia tam seipsum, q̄ credula corda fefellit:
Nunc

Incl. d. d. d.
n. n. n. n. n.
n. n. n.

M. n. n.

M. n. n.

Emerson

Nūc palo adfixus vacuum ferit aērā truncus,
Cum cōsorte suo, dederat cui fistula nomen,
Martyrj seruo (si phas est credere) cinctus.
Nam tales Cordus Daphnea fronde coronat.
Ut ter damnati iam dudum nominis Hussum:
Forchemiūq; huius blasphema voce sequacē.
(Quem vindicta dei, non virus sustulit atrū)
Et Bruxellenses, quos Margarita, nephandę
Hereseos comites, illustris foemina fame,
Supposita flamma, nuper transmisit auerno.
Atq; Vienna pio simul & Ditmartia Zelo,
Exemplo simili similes compescuit ausus.
Mitior Arsatium, fecit resipiscere poena,
Non tñ a patrum priscis aliena statutis.
Quē, ne deterius grauius ue qd accidat, hortor
Blandicias Cordi surda ptranseat aure.
Hinc vetus armatis obsessa Iuuauia turmis.
Pluraq; p varias Germani nominis oras
Oppida cingūt: quę cūcta reponere lōgum ē.
Sed turiosa cohors, quoties noua castra refar
Clade noua semp leuo si' omine pugnat: (cit
Germanoq; rubēt madefacti sanguine campi.
Qui fuit (haud fallor) caraclysm⁹ sanguinis illo
Quē de fluctiuagis augur predixerat vndis.
Theutona Germanus, p quo cruor ibuit arua.
Quid tot sulphureis deiectas ignibus arces,
Diruta,

Diruta, uel Præde data tēpla, & claustra p̄iore
Testamēta hoīm. referam: & cassata supremo
Verba volūtatī: p̄ vim (miserabile dictu)
Exulat annona priuatus & eade sacerdos,
Flet puer occiso patre, coniunx orba marito
Plorat & amisso Vestalis sancta pudore.
Hęc præclara tui pepererūt scripta Luteri.
Quę si tu Christi verbis accepta referre,
Atq; euangelij claram vis dicere lucem
Luce carere nū: & sine corde, videbere Corde
Iam tibi qd memorem, nusq; constare Luterū,
Nec simile sibi: sed Vertūnū aut Protea quēdā,
Qui nūc selecto causam sub iudice sistat.
Nūc reuocet: nullūq; hoīm diuumq; tribunal
Agnoscat: nulloq; velit subiure teneri:
Nūc septena vno claudat mysteria sacro.
Mox iterū ex vno statuens tria: deniq; nullum
Si lubet esse sinat: sexcentaq; talia: quora
Et iustū & propriū peteret discussio librum.
Et tamen hūc audes solido componere Mosi.
Quo tu Corde iterum p̄ disdiapason aberras
Nam Moses animos populari more feroces,
Difficiles, querulos, agrestes, indomitosq;
Relligione ligat supum: uel legibus arcet:
Et mores format, studiūq; inducit honesti:
Tēpla dicat, pia sacra docet, ritusq; salubres,
Linigerosq;

Ungero sibi lubet templis ad stare ministros
Atque sacerdotes phrygia sub veste coruscos
Qui nunc thure deum placet fumantibus aris:
Nunc precibus pulsant: almis nunc laudibus ornentur
Nec Moses vni fidit sibi: sed seniorum
Consilia admittit: so ceruque benigniter audit.
E regione tuus sumens sibi cuncta Lutherus
Nec leges, nec sacra ferens, semel omnia dānas
Templa, sacerdotes, aras, sacraria, ritus,
Atque tremenda piis, veteris mysteria missę,
Cunctaque diuini cultus, & quicquid auita
Obstupuit Pietas: quicquid venerabile canit
A Christo didicere patres: a patribus omnis
Observat cōcors ecclesia mille per annos.
Cunctorumque fides tenet inuiolata piorum.
Sic etiam scriptas, sanctissima vincula, leges
(Quas male tornato Sathanę plantaria versu
Tu quoque Corde vocas) tecum tuus iste Lutherus
Calcat: & e toto (si diis placet) orbe reuellens
Libera criminibus scelerataque frena relaxat.
Vnde leui vulgo, disrupto foedere legum.
Moribus inuersis, omni pudore vorato,
Nulla magistratus, nulla est reuerentia diuum.
Nullum virtutis specimen: nullius honesti,
Non equi aut iusti ratio: non ordo, nec ætas,
Nec sexus discrimen habet: nec festa p̄festis

B BB

Est distincta dies: nec sextę seruat honorem
Carniuorū vulgus luci, qua saxa dolebant
Innocuā domini mortem pro crimine mundi.
Durius heu saxa facta est Germana propago.
Quę demersa luto: & lutulento pdita luxu
Omnia contemnit, simul obliuiscit omne
Desup acceptū donum: pueriq; parentum
Errorem cū lacte bibunt, moresq; sequunt.
Blasphemi, tumidi, ingrati, quos dicere possis
Perniciē patrię, & finem portendere mundi.
Quo nos infelix duxit tuus iste Moyses:
Donec erythreis totos nos mersit in undis:
Niliaci cladem referens & fata Tyranni
Plusq; assertoris veneranda trophęa bicornis:
Deniq; quis nescit, quanta integritate fideq;
Legifer ille senex, domini de monte loquentis
Iussa laborarit fidis inscribere chartis
Diac; secretis oracula claudere verbis:
Quę Luther in vulg^o spargit, discrimine nullo,
Et sanctum canibus prębens & iaspida porcis.
Adde q; inuersis male reddita biblia verbis,
Atq; suo sparsim glossemata tincta veneno,
Tot diffusa libris, missisq; inclusa tabellis,
Illita postillis, & pictis illita chartis,
Mensurata modis, numerosis edita rhythmis,
Decantata choris, vulgataq; mille per artes,
Quo

Quo pueris, senibusq; foret simul obuia passi.
Perfidiam produnt hominis, menteq; sinistra,
Na quot mille putas animas in tartara missas,
Illorum qui pro veris fucata Luteri
Scripta receptantes, falso periere magistro.
Ut tamen interea presens iactura prematur.
Heu quantis olim tenebris, quantisque periculis
Inuoluet miserum translatio adultera mundum
Quando Lutheranis sunt omnia plena lituris,
Nullaque fermento veteri non pagina tincta est:
Infectura noui stupidos cupidosq; nepotes.
Ni deus hinc melius pituro consulat orbi.
Succurratq; manu forti, dextraq; potenti.
Inunc & Mosi confer mihi Corde Luterum
Vero mendacem, leni, mitiq; ferocem
Qui pro Romano, quo nos educere gestit
Carcere, tartareis, inuoluens hinc mage vinculis,
De luce in tenebras, de caelo ducit ad Orcum,
Quod generosa videns, doctorum turba virosq;
Sanctaque catholico flagrantia pectora Zelo,
Sacrilegum contra calanum strinxere Luterum:
Ac deprauatos p eum, tortosq; sinistre,
Scripturae sensus, germana restituere
Luce: suo rabidum vincentes ore sophistam.
Praecipue Henricus, diuisis orbe Britannis
Imperitans, pacis studiis Rex clarus & armis.

B ij Ac

108
Fischer

Ac bifida cingens Rossensis tempora mitra
Pontificum nostri ferme vnica gloria secli.
Scripsit & Ausonia primum Syluester in aula
Inde duo Christum credentes viuere Thome
Hic Caeteranus cognomine, & ille Rhadinus.
Ac non vulgari dignus Catharinus honore.
His decus Hispanæ iunxit se Stunica gentis.
Auxiliumq; tulit Gallis Lutecia ab oris
Et de Sarmatica qdam, & de gente Bohemæ.
Ex nostris etiam clarissima nomina Faber,
Ter sacro ore tonās: duplici quoq; iure perit.
Doctus & humanas, diuinasq; Ecclius artes
Lipsiaco victor certamine, quando Luterum
Ire uel inuitum, quædam in sua verba coegit:
Quæ tunc ingenue confessus & ore rotundo
Ut q non dubius sibi purgatorius ignis:
Et q rite ministrata indulgentia magni
Esset momenti, nulli aspernanda fidel.
Tum q Romano parendum præfuit, ab omni
Ecclesie cœtu: seu pastor siue tyrannus
Ille foret: licet humano quoq; iure creato.
Atq; ideo irata damnauit voce Bohemos,
Qz iuga spreuissent & pontificalia sceptræ.
Quæ non pro fuso (neq; .n. iacet ille) Darete
Sed pro tam claro placuit meminisse triumpho.
Successit linguis Cochleus & ore disertus.
Atq;

Atq; inculpate (que rara est gloria) vltē
Indetesta gerens pro Christo proelia. cuius
Fretus ope, intrepidus pellem p pelle Lutero
Ponit: & ad Lugdunensem illum puocat arā.
Dissimulat tamen hic: & presso mustitat ore
Oblatam pugnam: & surdē latet aspidis instar.
Nā nequit hunc solē falsus Iouis armiger equis
Inspectare oculis: turpi quem pro scarabeo
Terruit ingenuus Cochleę vigor, arsq; fidesq;
Claruit hinc vehemēs hoc Dietēbergus in albos
Annicolęq; pii mens feruida Coenobiarche:
Ac plures passim non dum mihi nomine noti.
Non tamen ignoti Christo, pro cuius honore
Omnia spreuerunt insani probra Lutheri.
Quos inter nitidos anser velut inter olores,
Ipse ego septenis caussam nunc psequor annis
Innumeris libris, versu, & sermone pedestri.
Plus tamen in nra, p re, p tempore, lingua.
Non hoc inuisus superis (vr spero) labore:
Nec de Lipsiaci meritis male Principis aula.
Hinc obiecta mihi falso mendacia Cordus
Aut pbet, aut plane reuocet vocēq; retractet.
Prestitit hoc ipm scriptorū pars bona, quorū
Nomēclaturam referens longo ordine Cordus,
Et claram extenuās famam: sine scōmate nullū
Transit: & immeritos dictis pscindit amaris:
B 11j Prestigiatori

Præstigiatori similis, qui candida in atrum
Vertit, & in stygias lumen cœleste tenebras.
Nam de doctrina lis est, non moribus, ille
Inuersa causa, quum dogma refellere nescit,
Inuehit in mores: quasi nullo crimine sudent
Hæretici: Sed nos doctrine insistimus: in qua
Catholici semp cœlo uicere probante.
Nanq; alii quis alio sub fidere nati,
Non aliud tamen atq; aliud sentire videntur:
Sed corde vno omnes vno simul ore loquuntur
Vt qbus vna fides cunctis, & spiritus vnus,
Tessera diuini præsens & certa fauoris.
Grata etenim cœlo fratrum concordia res est.
Et deus vnus solus tot milia moris
Vnanimesq; habitare domo præstatq; pbatq;
Cum tres interea pugnent simul hæresiarche
Quos cōtra vna omnes pariter diuexat Erinys
Fraternis lacerum quo scindant litibus orbem.
Præcipue quidam glabrato vertice scurte
Qui iurata deo temerantes vota, p̄fessum
Excutiunt habitum, scapulare, atrūq; cucullū.
Atq; lacernati, tumidiq; in veste prophana
(Que tñ e sacro rapta est altaris amictu
Eq; sacerdotum mundo consuta) procaces
Tedis illicitis, execrandoq; hymeneo,
Vel sacras ducunt, media uel plebe puellas
Captiuumq;

Captiuūm̄q̄ tenent oneratum crimine sexum.
Labes & macule in populo: pseudoq̄ magistris
Turpis adulterii: sectę quoq̄ pditionis
Auctores, qui teste petro, quod turpiter audēt
Turpius inde docēt: mundūq̄ errorib⁹ iplent.
Hos tu Corde potes presse bene pondera terre
Dicere, & imundas scrophas, ligna arida, nu-
Exptes pluuię, furesq̄ luposq̄ rapaces, bes
Crabrones, fucos, vespas, t rucos, & asilos,
Serpentina. ꝑ vipereę mala semina gentis.
Nanq̄ quadringentis annis, vel circiter, alma
Si qua supstitio vsq̄ in religione suborta est:
Fraudibus illorum & ficta pietate subotra est.
Horum inq̄, qui primorum vestigia patrum,
Ac disciplinę abiecerunt vincula sanctę.
Qualis nunc Gabriel Thurgoia pastor in eade
Qualis virgineę stuprator Melchior vrbis
Et Venceslaus canis uxorius annis
Tuq̄ Erphordiatis idolum Lange colonis
Atq̄ atratorum genus id pars plurima fratru
Sed quorum caput ac vexillifer ipse Luterus
Et quem diuersę sectatur religionis
Vulgus apostaticum fugitiuaq̄ turba maloru
Nam quibus est curę, prisce obseruātia vitę
Atq̄ p̄bos monachos, illo nō dignor honore
Quin velut hos inter paleis immixta subinde
Grana

Grana latent, sic & nostro confusur quo
Vita sacerdotū, morboq; laborat eodem.
Non desunt etenim q; puro corde ministrant
Sacramenta dei vigiles, seruiq; fideles
Tam de Pontificum, reliquo q; ex ordine cleri
Sūt tamē (heu vereor) nulli pars maxima frugū
Quorum (contemptis maiorum legibus) ille
Dissipat atq; vorat saliares Helluo cœnas.
Ille sibi viuit, sibi seminat & metit vni:
Publica postponens, inopūq; negotia fratrum
Hic male congesti thesauri, carcere clausum
(Captiuū quidam ceu Martem) numē adorat.
Illi foeda colunt paphiq; obscœna sequuntur
Castra deæ: & feruent, peuntq; libidinis estus
Forte alios inflat dominatio facta tyrannis
Et pompa & fastus, pituri gaudia secli
Plusq; euangelicę signa aut vestigia vite.
Hic dū quisq; suo indulget gēio: atq; in vtrāq;
Autē neglecto dormit grege lentus in vmbrae
Mactat oues lupus: & vulpes vineta subintrat
Sus ferus in syluis agrum depascit herilem:
Et deserta iacet pietas, & squallida vultu
Religio in turpes sensim mutatur abusus
Vilescitq; palam prisco viduata decore.
Quod nobis etiam fortasse tacentibus, ipse
Testatur mundus, lapidesq; & ligna loquuntur
Nam

Nam qui non sudet duplici sub pondere p̄ssa
Relligio Chr̄i: mala dum hinc exempla suos
Inde Luteranæ cedentia pulpita sectæ,
Legitima inficiunt diuini pabula verbi:
Et steriles ouibus Christi ponuntur auenæ:
Cauponesq; noui Bachum cum Doride miscēt,
Qui blandis mentes, & titillantibus aures
Simplicium capiunt verbis, dulciq; susurro.
Donec adornato iam res processerit astu.
Inde palam pbris belloq; laceßere veros
Audēt pastores: ansamq; trahunt simul omnē
Pellendū clerum, prauorū propter vbusum,
Sed quid tā stolidū est, q̄ si qua parte laboret,
Propterea totum flammis amburere corpus:
Aut podagra vexante, pedē præcidere ferro?
Nūqd enim præstat medicos adhibere peritos
Ac tātum egrotis adponere pharmaca mēbris.
Ut vigor & primæ redeant in corpora vires:
Quod non aduertens mens inconsulta Luteri,
Fixa luto, nec se tollens rationis ad arcem,
Dum nup solos incessere vellet abusus:
Huc tandem præceps delabiſ, ut semel omnis,
Onini sublato clero, pietatis imago,
Totaq; relligio, tantos seruata p annos,
Actutum intereat: quin iam interiſſe cauillat,
Et canit ante actos encomia vana triumphos.

C Quo

Quo sua solius noua phasmata mfidus adoret
Sed nos vt veteres non commendam⁹ abusus
Sic noua damnamus fatui cōmenta Luteri.
Et placet vt redeat primorū regula patrum
Ac qualis fuerit priscis ecclesia sæclis
Sic modo & exēplis, & dogmate fulgeat vno
Non euangelicis tantum arcta ligataq; septis
Qui & apostolicis, maneat sua forma, statutis,
Decretisq; patrum, scriptis siue ore receptis:
Rector vt ecclesie dictauit spiritus alme,
Id quod vt auspicio succedat & omine fausto,
Nō opus est cœlum ac terrā miscere tumultus:
Aut tantis fessum turbari litibus orbem:
Cum queat id facili Cæsar præstare labore:
Quod decessores præstabant sepe fideles:
Carolus imprimis tam re q̄ nomine magnus,
Et pius illius Ludouicus filius olim
Cogentes prisco contentum limite clerum
Viuerē: & ad malum reuocantes turgida vela:
Cum tremeret simili tumefacta ecclesia vento.
Et quid ni possis hoc Carole quinte priorum
Nulli concedens virtute, potentia, honore,
Nulli sincera fidei pietate secundus
Sed caue ne Cordo facilem des credulus aurē
Qui toto hic errans cœlo, uel fallitur ipse
Historie ignarus: uel te quoq; fallere tentat
Dum

Dum malus interpretis sancta & pia gesta priorum
Induperatorum Christi p laude patrata
Peiorem in preem referens, huc omnia torquet
Infestis quo clerum odiis traducat: & omni
Inuisum populo reddat: sed iniquior ille
Dum canit Heinrici sequissima scismara quart
De quo diuersis diuersa probantibus olim
Scriptores variant: & adhuc sub iudice Iis est.
Sed medius transit fidis annalibus illo
Tēpore, Lāpr⁹ monachus, quē Herffeldia sano
Morib⁹ ornatū fouit: cui cōdita sacris (ctis
Saxonū archiuis monimēta ac scrinia quadrās
Ecclesieq; vna concordat voce senatus.
Cui tu reiecto, fidas quoq; Carole Cordo,
Blādiculus qui palpo serit noua iurgia: querēs,
Sedis apostolicę fraternaq; foedera regni,
Scindere dissidio, qua nulla nocentior orbē
Pernicies, paci q; magis contraria pestis.
Pręterii illustris Bauari laudabile factum,
Qui tua iussa sequens Cęsar, sectamq; Luteri,
Strenuus ingrens: patriamq; a labe repurgans:
Dentata Cordi, & nulli parcente camēna
Carpit, haud secus ac Christi si sacra negasset,
Contra magnificis tolluntur laudibus isti
Qui tua ridentes mandata, fouere Luterum
Teq; uel inuito defendere mordicus audent.

Et quid nī auderent! cum talia vidlice Cordo
Christicolum nulli tua iussa capessere phas sit:
Cum ꝑ (suis verbis) Ianus sine lumine, sanctis
Bella viris vr̄ges: indignaꝑ funera queris:
Nec tua iam nostras aliud mandata ꝑ vr̄bes
(Vt vomit ille) sonant: q̄ ꝑ ꝑcus ꝑbrius vltro,
Romane artides meretricis ad omnia vota.
Atqꝫ agnū (imo lupū) oppugnas socialibꝫ ara
Triste tibi asciscēs irato numine fatū. (mis
Quo Cordus torquēs quecūqꝫ exēpla sacratis
Gētilium ve libris, vano te territat ore.
Atqꝫ tuam passim maiestatem optime Cæsar,
Ludibrio exponit: quam iuxta palpat, & orbis
Præfatur dominam, supplexqꝫ ac ꝑnus adorat.
Vno efflans calidum gelidumqꝫ ex ore vaporē.
Sed mihi cessandū est: ne non fortasse Luterū,
Verum ipsum potius videar depingere Cerdū,
Cuius vt eximii placet aurea vena poetę.
Displicet hēterico mens obdurata venenos
Et furor & rabies, vanęqꝫ audacia lingue
Ac charos inter discordia semina fratres.
Quē tamē admoneo, ne atrocē cornibꝫ vltra
Prouocet Emserum: nec se his imisceat impar
Ecclesię rebus: nec seditiosa Luteri
Dogmata, catholico sandudū explosa senatu
Patronus scelerum studio defendat inani

Neuqꝫ

Neue ultra crepidam p̄gat discernere futor
Sed vacet inde sibi: repetat. ꝑ Machonis artes,
Phyllirideꝫ herbas, Coi. ꝑ enchirista magistri
Pr̄bia componat, cataportia, grana, syrupos,
Promittatqꝫ suis blando patientibus ore
Queꝫ vix ad gr̄cas p̄oluerit inde calendas.

ΤΕΛΟΣ

ΔΕΚΑΟΤΙΧΟΝ ad lectorem.

Quanta putas lector reboabũt fulmina Cordis
Quot pluet hic lapides, quãtos jaculabit ignes?
Nã coniuatos iuvenes, atqꝫ cohortis
Auxilia asciscens, non tantum verlificem me
Aut etiam fecem clamabit versiculorum
Sed nullis miserum non egoceronta cauillis
Impeter: & musas omnes in vota laceffet.
Nil tũ officient irati tela poetę
Nil pigmentate, pictę, blandęqꝫ caniceneꝫ
Vera etenim non blanda pio sub iudice vincũs
Vale lector & equus esto iudex.

IN LVTERVM IAM DIV ORANTEM,
vt Emserus moriatur.

Inuocat Emseri superos pro morte Luterus
Sed nequit indigna flectere fata prece.
Quis furor ẽ nostram preculis accersere mortẽ?
Quando vtrum ꝑ citis auferet illa rotis.

C iij Inde

Inde palam cunctis iusto sub iudice fiet.
Qua causam ecclesie tractet vterq; fides.

Alia quedam eiusdem Emseri epigrammata.

De bono monacho.

Hoc vno angelicis cōcedit mentib; ille
Qui verū veri nomen habet monachi
Q; spe tendit eo quod re tenet angelus. etq;
Dedaleis pennis corpora nostra. carent.

De malo monacho.

Hoc mal; a vero mōach; caco demōe distat.
Q; quicqd; vafer hic suggerit, ille facit.
Huic si iuncta, dolos anus adiuuet, & colat astus,
Audebunt herebi bella mouere duci.

In bono proposito.

Gratia preuentrix, preuentor spiritus vitro.
Illapsus menti, pullat & intus agit.
Surge & in amplexus presentia numina sanctos;
Admitte: & veteres mens mea pone vias.

TENTATIONIS TEMPORE
& ante lapsum.

Vade retro Sathana, celeri & corripe gressus;
Euanesce procul, bestia, cede, fuge,

Nunq̄ ego tam vili patiar succumbere mōstro
Nec tua, contēpto numine, castra sequar.
En cruce signatam & sacro cēromate frontē
Formidata tibi furcifer arma, fuge.


Post lapsum confessio.


Rursus adulterio polluta reuertitur ad te
Mens deus errati ducta pudore sui.
Audet & ingenue veniam sperare fatendo
Quę tociens numen lesit inepta tuum.
Mi pater, alme deus, mitissime conditor, iram
Pone tuam, offensas quęso remitte graues


Ad diuam Barbaram.


Barbara quę roseo chari de sanguine sponsi
Pocula plena tenes corpore mixta sacro.
Sub quibus ē deitas humana abscondita forma
Et deus ex tenera virgine factus homo
Quę meliora tibi potuit dare symbola sponsus
Siue qd hac arra sanctius esse queat
Aut quę non mutet sua tecum insignia virgo
Credita cui magni mystica sacra dei
Ergo thesauri tanti dignissima custos
In quo non triuij pignus amoris habes
Fac age ne moriens tanti sim muneris expers
Inter virgineos Barbara prima choros,

M. D. XXVI.









Ung. TB 90


ULB Halle 3
003 078 345





86

VD 7700







INEV
 RICII CORDI ME
 DICI ANTI LVTHE
 ROMASTIGOS
 CALVMNIAS.
 expurgatio pro Ca
 tholicis:

